

convenientibus secundum statum<sup>1) 138</sup> et qualitatem cuiuslibet ita  
 quod, si qua questio exinde oriatur, ipse determinet, prout  
 expedire videbit. Item quando dominum regem in exercitu  
 esse contingeret, ipse in absentia comestabuli debet providere  
 locum ubi tentoria regis figentur<sup>2) 142</sup>, et deinde distribuere  
 loca in quibus ceteri de exercitu erunt, et quando co-  
 mestabulus erit, recipiat senescallus illum locum pro  
 domino rege, quem comestabulus providebit. Item adhibito  
 secum iudice per dominum regem dando cum illis ga-  
 gis, que statuta sunt iudicibus iusticiarum, cognoscat  
 de omnibus familiaribus hospicii quibuscumque in om-  
 nibus contractibus vel delictis, de quibus coram eo accusati  
 vel convicti fuerint, si causam in curia contractuum vel  
 commissam fuerit, de aliis vero contractibus vel delictis  
 non habitis non habitis vel commissis in curia, fiet quod  
 iusticia sua debet, de personis vero collateralium domini  
 regis, qui sunt de suo secreto consilio, et cabellanis regis  
 se non intromittet in criminalibus sine consciencia regis;  
 sed de ipsorum familiaribus cognoscat et iusticiam fa-  
 ciet, de quorum omnium familiarium hospicii regis  
 nominibus ac numero sequorum et garrivorum edius  
 libet habere debeat penes se quaternum unum, in quo illi,  
 qui successive recipientur de hospicio, similiter annoten-  
 tur. De milite autem illo, quem vicesenescallum ordinare  
 voluerit in hospicio loco sui, faciat prius conscienciam  
 domino regi et sciat ac compleat exinde regis voluntate-  
 tem. Item frequenter visitabit massarias regias ad scien-  
 dum statum earum et emendandum defectus, si quos  
 invenerit, et provideri fecerit procurabit per curiam de ani-  
 malibus oportunis; et instrui ac informari curabit quam  
 secretius et melius poterit, de processibus magistrorum

V[6] [abst!]

[abst!]

V[7]

1220<sup>6</sup>

V[8] [abst!]